


5803 cilindro di pietra tufacea, alto circa met. 0.50, del diam. di met. 0.50. Per l'altura di circa met. 0.10 inferiormente il diametro si restringe formando un dente, necessario per incassare il monolite in altra pietra o materiale, che gli servisse di sostegno. Per tutta la sua altezza il detto monolite è trapassato da un foro, che dal centro va allargandosi verso la base, in forma di imbuto rovescio. Superiormente è disposta in giro l'epigrafe. Rep. m. Iul. a. 1878 in vico Morrovalle, presso il Fosso delle Cervare, che sbocca nel confine tra Macerata e Morrovalle, a poca distanza dalla Badia di S. Claudio, prossima alle pianure del Chienti, in contrada Santa Lucia, in un terreno posseduto anticamente dalle monache di Osimo, ora dalla famiglia Emiliani di Monte Lupone. In eodem praedio et ante et postea per multos menses reperti sunt denariorum aetatis liberae rei publicae ad milia quinque.



Ectypum accepi a Raffaellio, ad quod datur ligno incisa. Armellini *cronichetta* 1879 p. 64; Raffaelli, cui misit doctor Leander Confinati Morrovallensis, apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1880 p. 222.

Maxima Nasia Cn. f. Apoline dat. — Thesauri titulum hunc esse recte intellexerunt editores Itali. Conferri poterunt alii tres, primus supparis aetatis, repertus prope Spoletium in abbatia S. Petri in Ferentillo hic: *P. Crastinus P. f. Paulus, C. Tittienus Q. f. Macer tesaurum f(aciendum) c(urarunt)* (Rossi *Bull. dell' Inst.* 1876 p. 36), alter Amerinus (Grut. 1083, 11) descriptus a Bormanno sic: *T. Roscius T. f. Autuma IIII vir iter(um) de sua pecunia dat thesaur(um) p(ondo) LXXV*, tertius Praenestinus (Orell. 1759): *pro salut(e) C. Caesaris Aug(usti) Germ(anici) et reditu F(ortunae) p(rimigeniae) Pr(aenestinae) thes(aurum) i(n?) s(uo?) Q. Cosidius Tertius d(onum) d(edit)*. Primus et tertius scripti sunt in lapide habente formam conii superne plani, in quo plano foramen quadratum est vestigia monstrans cistae olim immissae. Secundus legitur in parte antica basis cubicae marmoreae intus cavae, arcae similis operculo carentis; intus in latere inferiore foramen rotundum cernitur factum fortasse, ut per id nummi similiave in vasculum cameramve suppositam demitterentur.

5804 Civitanuova rep. ante annos XV casu fuori di porta marina; est in curia BRAND. (1815). Ibidem adhuc; subscriptum est lapidi: 'en Novanae vetustas certius probata patet lapide qum vides ruderibus defosso protritit'.

{RIOR · VICI CLVENTENSIS VETVSTATE DILAPSVM
†VS & RVFINVS & ET IVSTVS & INPENDIO SVO RECVRAERVNT sic

Recognovi; litterae non bonae sunt, sed certae antiquitatis. Brandimante *Plinio* ms. bibl. publ. Firm. n. 295 et ed. a. 1815 p. 51.

5805 arca longa palm. Rom. 8 unc. 6, lata palm. 2 unc. 9, rep. a. 1773 Montecosari nel demolire il convento de' Padri di S. Agostino.

D M
M · ACVTIO · P · P · FILIO
ACVTIANO · EQ · R · LAVR
LAVIN · Q · VIXIT · ANN · XXX
MES · VI · DIEB · XXV
LACANIA · MARTINA
CONIVGI · CARISSIMO · ET · PIO
CVM · FILIS · COHERED · SVIS
EX · TESTAMENTO & AEIVS
10 BENAE MERENTI · POSVERVNT

Amadutius ms. Savignan. et anecd. 2, 476 a Steph. Borgia.

2 fortasse *p(rimi) p(ilaris) filio*, nisi quadratarius litteram errore geminavit. — 6 LACANIA ed. — 8 GVM ms., CVM ed.

5806 Morro della Valle in domo abbatis Dominici Lazarini ORSATO; apud Ant. Lazzarini LANCELL.

C · S E N T I D I V S
S A T V R N I N V S
H I C
M I H I · H O C · P O S V I T
5 M O R S · M E A · Q V O I · D O L V I T

Ioh. Antonius Orsato adnotavit ad avi commentarios *marmi erud.* (Pavonii 1719) p. 160 acceptam a domino (inde Orelli 4799); Lancellotti ms. f. 3. 100 et apud Raffaellium ms. et nov. Flor. 1759 p. 186.

C·SENTIDI·SATVRNINI | SEPVLCRVM·MIHI·HOC·POSVIT | MORS MEA QVOI DOLVIT Orsato.

5807 in monasterio S. Mariae di Piè di Chienti.

... EPVLTVM ... EVTERICO u. c. eos p. C. 519
... OQVENDI ...
... HONEST ...

Lilius Camerin. p. 95 qui vidit.